



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui dicunt se non habere peccata. cxxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHAR DI. EPIS. VVORMAC.

inde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quanto tempore fuit, tanto poeniteat.

*Quod non liceat diacono, alicui dare pœnitentiam.*

Caput CXXII.

*Ex pœni-* **N**on licet diacono alicui dare pœnitentiam: sed episcopaliter.

*Romano.*

*Vt pœnitentia quæ dilata est, cùm petita fuerit non negetur.* Cap. CXXIII.

*Ex decre.*

*D*issimilatio hæc potest non de contemptu esse remedium, sed de metu grauius delinquendi, unde pœnitentia quæ dilata est, cùm studiosius petita fuerit non negetur, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

*De illis qui despiciunt eos qui fideliter agapas fecerint.*

Caput CXXIV.

*Ex cœcil.*

*Gangrē.*

*cap. II.*

**S**i quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, coniuvant pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare hujuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

*De illis qui dicunt se non habere peccata.*

Caput CXXV.

*Ex cœcil.*

*Africa-*

*no, ca. 70*

**I**tem placuit, vt quod ait sanctus apostolus Ioannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipso decipimus, & veritas in nobis non est. Quisquis sic accipiendo putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur enim, & adiungit apostolus: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniuritate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam reveraciter dici: poterat enim apost. dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nosipso extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: Nosipso decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

*De illis qui dicunt sanctos in oratione dominica, di-*  
*mitte nobis debita nostra, non pro se sed pro a-*  
*liis dicere.* Cap. CXXVI.

*Ex eode.*

*cap. 71.*

**I**tem placuit ut quicunq; dixerit in oratione dominica, ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra, vt pro